

Scrapionis Episcopi
 Thmupolitani adversus
 Manichaeos.

Benedic Domine.

Soluit errorem veritas, ex extinguit fallaciam, et
 omni mendacii ortum intercipit ac prohibet. Obsecra-
 mus igitur Dominum Jesum, qui est veritas, ut illumina-
 ret mentem nostram, ut neque fallacia mentem capere
 possit, nec error vincere, neque si ceperit, aut traxerit,
 firmam et stabilem victoriam obtineat. Solummodo
 enim si appuerit, et radiis veritatis suae emiserit,
 fallaciam quidem inductam dissipabit, mentem vero extra
 errorem conservabit. Ipse enim clamat: ego sum via, ve-
 ritas et vita. Ipse praecipit: Attendite a falsis Prophetis,
 qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt
 lupi rapaces. Quia n. illorum modus fraudulentus erat,
 et more simulati, non celavit eos veritas, sed nudavit,
 permittens, ut quod in mente latet ab eo, quod extrinsecus
 fictum et simulatum est, tegatur, ut ipsa fallacia
 deprehensa infirma fiat in eorum argumentis, ita ut ne-
 minem irretire queat. Est igitur malitia multiformis,
 et multipartita, in variis argumentatione sua. Cujus
 partes quaedam nocentiores sunt, et magis mortiferae:
 quomodo enim neque minora facienda sunt, neque magis
 viciis parendum, cum sciamus minores quidem parte vir-
 tutum minora facina parere, maiores/magna. Qui e-
 nim in gravioribus latitur, gravioribus poenis puni-
 tur: et qui a maiore deceptus est, magis supplicium
 sustinet. Ponderantur enim fallaciae, ponderantur
 etiam peccata, et qui ponderatur, pro gravitate
 ponderis supplicium reportat, neque quidquam, qui

judic-